

que Egypti appetunt. Num. 11. n. 4. ait. text. *Vagus promiscuum flagrat desideria sedens, & flens, & ait quis dabit mihi ad vescendum carnes.* Quinam sunt hi, qui litem de cibo movent? Quisnam miles, ut arcem tueretur, corio in citiu confecto ad famem sedendam, sed erant homines à vili plebecula. *Vagus promiscuum.* Hugo. *Servi ancillaque Egyptia cunctis sibi pariter filis Israël.* Ac si de cibi inopia non viti nobiles, sed viles homunciones, ea de re litem moverent. Unde Josephus lib. 3. Antiq. c. 16. *Plebs, ait, ad hoc potius commota est. Quorum servilem conditionem conquirentem de cibi inopia notat Rupertus. Miseri, & contemptibiles homines, ait, qui illuc usque rixa ventris devolui sunt, ut tam viles, abelanti desiderio, respiciant herbarum species.* Num. 11. n. 5. *In mentem nobis veniunt cucumeres.*

9. Sæpe ad Moysen conveniunt seniores Israël. Exod. 4. n. 29. & cap. 12. n. 2. & cap. 18. n. 12. Num. 16. n. 25. Et sæpe aliis in locis. At verò cum commora est lis de potu, non senatus, sed populus eâ excitat advers. Moysen. *Cum indigeret aqua populus, conveniunt adversus Moysen, & Aaron, & versu in seditionem dixerunt.* Num. 20. num. 2. Significanter Moyses inducit commotum contra se populum non sepatum, de aquarum penuria querimoniam fecisse; quasi hoc gentis abjecta ita virum in rabiem ac furorem hac de causa agi. Viri enim magni magno animo sitim, ac famem sustinent.

10. Cùm castra Philistinorum essent posita in valle Gigantum, & David in præsidio, ab inimicis circumdatus, ipse communem fontem Jerosolymis scatentem rejicit, & potum expevit è puteo Berthelemico, aquamque manu strenua extractam. *Noluit bibere, sed libavit eam Domino.* 2. Reg. 23. n. 16. Ignaviam suam, qui in fiti communi militum aquam percuperit delicatorem, eum hoc sic valde alienum à viro magno præcipue cum in præsidio commoratur, eum hæc sit germana cura & insita querimoniam abjectæ plebeculæ; proindeque aqua in terram effusa Princeps vilem correxit affectionem; quæ de cibo, & potu erat. Huc adducet id, quod, dixit D. Ambros. lib. 7. in Luc. c. 12. *Indecorum qui pe est homines de cibo curare, qui militiant Dei regno.*

11. *Non timebit cor meum.* Armatus, & munitus amore Patriæ, pro cuius defensione vita profundenda est, unde rectè dixit Horatius lib. 3. Ode 2. *Dulce, ac decorum est pro patria mori.* Quo studio maxime nobilitatur viri N nivitate; sciunt cerè brevi N niven perdendam esse. Jon. 3. n. 4. in urbem tonante. *Adhuc quadragesima diebus, & Ninive subvertetur.* Quid cives; Urbemne fugiunt, ut fuga salutem redimant; Non id patitur magnus patriæ amor rex inquit. *Crediderunt Viri Nivite in Deum & prædi averunt jejuniun.* Ibid. n. 5. Nobiles cives pereunte patria se ipsos etiam perire credunt, & salva patria salvos se esse putant, & ideo ut patriam servet se jejuniu ac cilicio macerant. D. Ambr. ser. 85. *Sapienter, ait, ut que civium peccati vexabatur, civium orationibus solvereur: justum enim erat, ut quos fuerat passa peccatores, eosdem haberet defensores.*

12. Adhuc teneris annis erat David & cum vi-

deret patriam suam ignominia vexari superbia Goliath, defensione suæ dilectæ patriæ ait ad Saul. *Ego servus tuus vadam, & pugna-bo adversus Philistinum.* 1. Reg. 17. n. 33. Generosè sic loquitur, cum de successo nullam haberet revelationem, tamen maxime lætatur, quod pro defensione patriæ vitam in discrimen daret. D. Ambros. de Morte c. 4. *Lætatur, ait, quia & ipse obtulit se fideliter pro Dei populo, ut selus commune periculum, & crimen reselleret.* Ac si nil gloriosius illi accidere posset, quàm injuriam patriæ avertere, & pro illa vitam dare.

13. *Non timebit cor meum.* Ponens totam suam spem in Deo, & quod ipse in tanta necessitate, ac casibus adversis providebit eis necessaria. Cùm Philisthim venissent congregati ad præliandum contra Israël omnesque Israëlites convenirent ad suum Regem Saul, tam ad eum quàm ad regnum suum tucendum. Hoc tamen faciunt sine ullis bellicis armis, ait Text. 1. Reg. 13. n. 22. *Cumque venisset dies prælii, non est inventus ensis, aut lancea in manu totius populi.* Ad quid ergo conveniunt? nunquid colaphis res est agenda. Cor hii veluti erant, quod Deus eorum generositate respiciens ad tucendum suum Regem, ac regnum, arma miraculosè pro videret ad bellum gerendum? Lyrano. ibi. *Dicunt H. brai, quod miraculosè dati sunt eis gladii.* In d. addit Abulc. quod eis postea arma inimicorum data sunt sic ait ipse. *Postea habuerunt arma multa Philistinorum, non enim deseruit Deus eorum generositate, animum ac fidem in suum regem, ac regnum.*

14. In hoc ego sperabo. D. Aug. legit. *In hac ego sperabo.* Scilicet mea oratione, ac deprecatione, Deus maxime exaudit orationem justorum, ac tribulatorum. Vid. tam hoc tomo, quam nostris in Evan. Verb. Oratio in indice.

15. Præcipue, quando orationes nostræ adjuvantur meritis sanctorum protectorum hujus civitatis. Ait Deus de Jerusale Protegam urbem hanc. *& salvabo eam propter me, & propter David servum meum.* 4. Reg. 19. n. 34. Unde ait D. Chrysol. tom 1. hom. 2. in Psalm. 59. *David mortuus est, & merita ejus vivunt. O rem admirandam, & ineffabilem clementiam Dei, homo mortuus vivo patrocinatur.* Et Theodoret. in quæstionibus, ait. *Malos etiam tulerat Dominus, recosens virtutes defunctorum.* Et etiam intervenientibus meritis nostri Angeli custodis in cujus protectione sunt arma nostra; ipse enim maxime invigilat, pro nostra salute, de quo multa in Indice Verb. Angelus 1.

16. In hoc ego sperabo. Maxime & præcipue in protectione Divini Eucharistici sacramenti. Si enim Hebræi ob sanguinem Agni positum in superliminibus liberabatur ab Angelo percutiente. Cùm videret sanguinem in superliminari, non sine percussorem ingredi domos vestras, & c. Exod. 12. nu. 23. Ubi ait D. Chrysol. S. Angelus cessit exemplo, quanto magis torrebatur inimicus, si ipsam prospexerit veritatem.

17. Et maxime quia hoc Divino sacramento confortamur adversus hostes. Osee. 14. n. 8. *Vivent vitico, ex Hebræo legitur Confortabuntur frumento.* Cùm Saul maxime premeretur bello, & cum paucis militibus esset exiturus obviam

obviam contra Philisthæos. *Ait Saul ad Abim applica arcam Dei.* 1. Reg. 14. n. 18. Ubi notat Abulc. *Quod arca aliquando educeretur de sanctuario non erat inconveniens potissimè ad bella.* Si umbra ita protegebat, quid faciet ipsamet res figurata divinisissimi panis.

CONCIO XIV.

Pro civitate, vel arca capta ab inimicis.

THEMA.

Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est. Thren. 1. n. 8.

1. Peccatum peccavit Jerusalem, id est graviter peccavit, quid inde consequens. *Instabilis, infirma, ac debilis facta est;* hoc enim habent peccata, ut vites frangant, & victoriam hostibus ministrent.
  2. Chananaei à Chanamo parente geniti sunt, qui natus est ex patre Chamo paternæ venerationis reo, quod sæpe notat Moyses. *Cham ipse est Pater Chananaam,* &c. Gen. 9. 18. Et iterum. *Cum vidisset Cham Pater Chananaam,* &c. n. 22. Et tandem addidit n. 23. *Maledictus Chananaam.* Cur tanta de Chanama maledictione mentio fiat? urget Moyses hoste damnato, ut H. braeus pugnam audax ineat contra Chananaeos. Dicebat Moyses Israëlitis, ut expulsi Chananaei ac devictis, terram promissionis ingrederentur, indeque Chananaeorum peccata à suo ebibita enarar, ut H. braeos spe victoriæ læctet eum peccata pugnarent adversus Chananaeos, licet armis, ac militibus instructos. Cùm enim peccata urgent, parum profunt milites & arma, Rupert. lib. 4. in Genes. c. 37. *Hec narratio, ait, in presentibus scribitur, velut illis, quibus scribitur ad corroborandos eorum animos, scientes, quod hostem eorum Chananaam jam dudum oderit Deus.* Unde eleganter dixit Pelusiotus lib. 1. Epist. 294. *Injustitia nostra hostiam est auxilium.*
- Qui bello potens uti David principem locum tenens inter primos duces. 2. Reg. 23. n. 8. Qui octingentos interfecit impetu uno. Hic tam magnus, ac fortis vir cum accepisset filium Absalonem contra se esse commotum ait 2. Reg. 15. n. 14. *Surgite fugiamus à facie Absalonis; festinè egredi, ne forte veniens, occupet nos, & impleat super nos ruinam.* Cùm fortissimus Dux, qui hostes non verebatur exiens in bellum contra Goliath, modo ad primum rebellionis nuntium, sic desperatè fugit? Cur non magis in arce munitissima se recipit, & veterum suorum fidit viribus? Cur maturat fugam ante hostem visum? videbat confictum peccati sui esse poenam, ut ei prædictum fuerat à Nathan propheta. *Ecco ego suscitabo super te malum de domo tua.* 2. Reg. 12. n. 11. Et inde credebatur sic à peccato suo esse implicandum, ac detinendum, ut nullus illi esset locus ad fugam, nullusque locus etiam munitissimus ad tutamen, & custodiam, cum antiquum peccati adulterii & homicidii scelus haberet contra se, cuius conscientia, sic mordebat, ut omnia illi certam eadem denuntiarent, ait Dionys. Carthul. *David con cius sibi malorum, que fecerat, ac remiscens comminationem sibi per Nathan factam, formidavit succumbere.* Solvitur in Anacolutum, Tom. 6.

propter sua peccata; propter quorum demerita tenuit Absalonem, divina virtute prevalere tantumquam flagellum diviæ justitiæ.

4. Dicebat Deus peccatori Pl. 49. n. 21. *Arguam te, & statim contra faciem tuam. intelligite hoc qui obliviscimini Deum ne quando rapiat, & non sit qui eripiat.* Sed quid Deus tam forte, ac validum opponit contra faciem peccatoris, ut nullus sit ei locus liberationis, ac evasionis, & effugii? Quid est contra faciem peccatoris, quod omne effugium excludit, ut nulla sit ei defensionis occasio? Cùm Deus ait Genebrard. statuisse peccata istius davidis ante oculos ejus, ejus conspectu sic implicabatur, ut nullus detur locus in quo inveniat effugium, ut à tanto malo, ac periculo eum posset quis eripere, eique adjuvamen, ac defensionem dare.

5. Latinus Pacacius in Panegyrico Theodosii ubi Maximum à Theodosio in bello confectum describens, ait. *Nec Maximum ultimum consilium, ullamve rationem, aut denique spem sequabatur, quia ipsos via implicabat errores.* Quoties sibi ipsi putamus dixisse. *Quo fugio? Repe o Britannian? quam reliqui. Credo me Gallia? sed inuisum sum. Quid ergo faciam, inter arma, & odia mediis? à tergo premor hostibus, à fronte criminibus.* Expende ultima verba. *A tergo premor hostibus, à fronte criminibus.*

6. *Instabilis facta est.* Urbem Jerusalem maxime munitam, ac inexpugnabilem describit Isai. 54. n. 14. *Lapidibus pretiosis fundaram, de ea ait. In justitia fundaberis.* Ac si nullum aliud sit firmum civitatis fundamentum nisi justitia. Hæc scilicet fultic, ac tuetur civitatemque maxime munitam reddit. Potius enim civitatem cotroborat morum cultus quàm mutorum ambitus. Procopius ibi. *Docet, ait, non moenibus tantum, nec custodiis, sed justitia civitatem esse civitatem.* Nec Scipio Romam everti putabat, nisi cum mores civium corruptos esse dolebat. Addit D. Aug. l. 1. de Civit. c. 3. *Neque enim ille censebat felicem esse rempublicam, cum stantibus moenibus, rventibus moribus.* Cum ergo mores ruunt, ruit & civitas, ita ut in manus inimicorum sit tradita. Unde liceat exclamare cum D. Hieron. Epist. 3. *Isticulus nos qui tantum displicemus Deo, ut per Barbarorum rabiem ilius in nos ira desolvat.*

7. *Instabilis facta est.* Ita ut nostra civitas sit ab inimicis obrenta, & sub illorum potestate, ita ut captiva, quæ est extrema miseria. p. æ odio, ac invidia filii Jacob vendiderunt fratrem suum Joseph in Agyptum. Tunc sumentes tunicam ejus sanguine macularam, patri ostendunt. Qui magno lachryarum imbri ait. *Tunica filii mei est, fera pessima devoravit eum.* Gen. 37. n. 33. A quo dolore Bonus pater noluit consolationem accipere, quam vehementiam doloris bene filii agnosceret poterant, ex intimo amore, quo pater eum prosequabatur; cur ergo mortuum dicunt, & non potius vivum restantur, ac fingentes componunt, ipsum captivum ductum fuisse à Madianitis, eum per ægros errantem invenientibus. Pro certo filii Jacob apud seipos statuerunt, quod ex duobus doloribus provenientibus ex morte vel captivitate levius, & facilius mortem tolerandam, quàm captivitatem, & amissam libertatem, quæ viro ingenno, ac nobili sa-per omnia molestissima est.

# Summa Concionum.

8. *Instabilis facta est* Et ne quis dicat, quod huiusmodi infortunium provenit ex injuria præfectorum militiæ, vel ex incomposito ordine militum, vel ex debilitate murorum, sed tantum ex peccatis nostris, ut omnes apud se statuunt. Jonas deo rebellis ingreditur navim, & vix cepit navigare. Et Dominus misit ventum magnum in mari & navis periclitabatur conteri. Jon. i. n. 4. Unde venit tantum periculum? an ab inscientia nautarum? An à navis fragilitate? An à tempore importuno navigandi? à nullo eorum venit periculum, sed tantum à Jonæ peccato, quod totam tempestatem originavit. ut pulchre notat D. Chryf. hom. 24. de peccato, & Confess. habita tom. 6. Ubi sic ait. *Multi frequenter dicunt malum locum esse rerum & civitatis statum causamque ex improbitate dominantium esse perhibent. Ego vero dico, non magistratus imprudentia, sed nostrum peccatum, illud omnia subvertit, calamitates invenit; nec aliud rerum tristium examina nobis superfusa sunt.*

9. Jubente Rege daniel. 6. n. 23. missus est in locum leonum, & nil mali à leonibus passus est. Tunc adducti sunt viri illi, qui accusaverunt Danielem & in locum leonum missi sunt. & ipsi & filii & uxores eorum, & non pervenerunt ad pavimentum laci, donec arripere eos leones, & omnia ossa eorum comminuerent. Ecce jubente Rege daniel, & accusatores ejus leonibus dantur, sed daniel illæsus evasit, accusatores vero miserè perduntur à leonibus devorantibus. Unde hoc? non aliunde, sed à malitia, quæ in eis erat. Ait Joseph. l. 10. Antiq. c. 12. *Eos sine morâ devoravit, acuit enim ferarum rabiem, non vexatio famis, sed obsequium militia. Iaque devorationis causa, non fuit Regis severitas, nec leonum fames, sed accusatorum malitia.*

10. *Instabilis facta est.* Cùm instabilitatis, ac dejectionis nostræ civitatis in causa sint nostra peccata, hæc maxime deploranda, ac lamentanda sunt à nobis. Ait Jerem. in sua orat. Thren. 3. n. 16. *Cecidit corona capitis nostri, & nobis, quia peccavimus.* Hoc est viadema regni scilicet regnum nostrum translatum est ad Chaldaeos, ut explicat D. Thomas, Lyran. & alii. Maxime ponderandum, quod propheta, gemitum, ac lachrymas, *Ve nobis*, non edidit super effectum, sed per causam lapsus coronæ. Non ait, cecidit corona capitis nostri, *Ve nobis*, quia amisimus Regem, & regnum. Quod exiit consequentia coronæ casu; sed *ve nobis, quia peccavimus*, quod fuit causa, & origo omnium malorum, quæ maxime deploranda est à nobis, peccata enim nostra tantæ calamitatis causam dederunt.

## CONCIO XV.

*Pro civitate, vel arce, restituta è manibus inimicorum.*

### THEMA.

**E**T restituta sunt urbes, quas tulerant Philistinii ab Israël. *Ab Accaron, usque Gerb & terminos suos: liberavitque Israël de manu Philistinorum, i Reg. 7. n. 14.*

1. Philistinii antea præliis victores aliquas

Hebræorum urbes, ut refert Joseph. l. 6. Antiq. c. 1. occupaverunt, quas modo Samuel victor ab eisdem vi eripuit, ut sentit Idem Joseph, de quo latè Abulens. Mendoza, Sanch. & alii in Commentario.

2. Ex quo patet primò summa Dei pietas, qui cum iratus esset ob peccata nostra, misericordiam recordatus, nobis restituit nostram civitatem, quam adversarii è manibus nostris abstulerunt. Canit Regius Vates Psal. 59. n. 1. *Deus repulisti nos & destruxisti nos, iratus es, & miseris es nobis.* Deus præ furore iræ videbatur nos repellere, ac deltrere, tamen in ipsa indignatione, nobis clementer iadulfit. *Miseris es nobis.* Ex quo pulchre Beierembotius Abbas serm. in natali Marc. ait. *O ira misericors, que sic minatur, ut parcas, sic aufert, ut restituat, sic irasit, ut eripiat, sic destruit, ut muniat, sic abicit, ut recipiat.*

3. Admirandus clamat Habac. Propheta c. 3. n. 2. *Domine audivi auditionem tuam, & timui, consideravi opera tua, & expavi.* Ad quodnam opus Dei sic expavit, sic miratur, & tremuit Vates? Jam ipse explicans, ait. *Cum iratus fueris, misericordia recordaberis.* Quid sic admiratur, & expavit Propheta, forsitan cùm audit mundi fabricam? Misimè Sed. cùm consideravit immensam Dei pietatem, quia in summa sua ira, misericordiam recordatus est. Nam cum ipse Vates, ob nostrorum parentum peccata, se existimaret à facie Dejectum, nec etiam inter servos ejus se posset computare, utpote sub damonis jugo captivum, se tamen Dei gratia invenit liberum, ac inter filios Dei adoptatum D. Chryf. ser. 68. *Auditum timuit, ait, non quia hujus mundi fabricam contemplatus expavit, sed quia pietatis erga se considerans, tunc opera admirationis tremore concussus est, & pavore: adoptatum se tunc obstupuit in filium, quando perdidit ipsius fiduciam servituti.*

4. *Restituta sunt urbes, quas tulerant Philistinii.* Cogitaverunt nostri adversarii nobis inferre malum ac nomini nostro injuriam, sed Divina majestas universum malum in eorum damnatum convertit, ut civitatem, quam triumphantes possederant cum eorum opprobrio dimittant, & injuria in nos cogitata in eorum caput retrocesserit.

5. Valde notum est facinus David, quod Goliath peremit ait text. 1. Reg. 7. n. 50. *Prævaluit David adversus Philistinum in funda, & lapide percussitque Philistinum interfecit. Cùmque non gladium haberet in manu David, & currens, & stetit super Philistinum, & tulit gladium ejus, & eduxit de vagina, & interfecit eum.* Accincto gladio armatus procedebat Philistinus ad percipiendum Israël & Davidem, ut eos omni ignominia afficeret, daretque eorum carnes volatilibus cæli, sed contra accidit, ut gladius ille, esset in præsidium salutis Israël, & davidi, & in damnatum ipsius Goliath, ut eo ejus caput abscederetur, & cum maxima ignominia, ejus carnes ad devorandum expositæ fierent bestiis terræ, ex quo maxime gloriam davidis decantat Macerius. Philadelph. Episcopus oratione habita in exaltatione Sanctæ Crucis apud Gæsterum, tom. 2. Ubi ait. *Superna gratia David egregie munus, lapidisque jactu talem, ac tantum profermit,*

# Summa Concionum.

*Profermit, deinde micantem contra se gladium, ipso vibravit, eoque blasphemum trucidavit, & abstulit opprobrium ex Israël. Hunc in modum David Propheta simul & Rex, instrumentum, quod mortis atquo in causa erat, in præsidium salutis verti posse docuit.*

6. *Restituta sunt urbes, quas tulerant Philistinii.* Sicut hic ex nostro text. colligitur ab expositioribus insignis fortitudo, ac virtus militaris Samuëlis suos defendentis, ac adversarios spoliantis; sic & in nostro casu manifestè patet fortitudo, vigilantia, ac sollicitudo nostri principis, ab ducis, ut fuos tueatur, ac custodiat, unde eis multa prosperitas, ac felicitas denuntiat.

7. Juas Rex Israël non solum repulit vim Benadad Regis Syria, sed etiam eum compulit ad restituendas urbes, quas ipse Benadad ceperat à Joachaz Rege Israël, & à Patre ipsius Joas, ut 4. Reg. 13. n. 25. narrat sacer text. *Porro Joas, ait, filius Joachaz, tulit urbes de manu Benadad, filii Hazael, quas tulerat de manu Joachaz patris sui, jure præbuit tribus vicibus percussit eum Joas, & reddidit civitates Israël.* Ex quo patet, quantam prosperitatem, ac felicitatem obtinuit Regnum Israël sub rege suo Joas, ut notat Abul. ibi q. 24. *Regnum Joas, ait, fuit in prosperitate, tempore enim ejus, cepit liberatio, & civitates reddita sunt Israëlitis.* Cùm enim urbes sint restituta, tunc magna prosperitas, & felicitas facta est in Israël, cum ejus civitates liberatae sint à jugo captivitatis adversariorum.

8. *Et restituta sunt urbes, quas tulerant Philistinii.* Ex restitutione urbis nobis factæ in nos à nostris militibus, maxime decantetur ac decoratur celsitudo, ac magnitudo nostri principis, ac regis, cū tales, ac tam fortes milites, ac strenuos duces sub imperio suo habeat.

Fratribus suum somnium narrat Joseph & ait, *Vidi per somnium quatuor solem, & lunam, & stellas undecim adorare me.* Gen. 37. n. 9. Ad quid tenet hoc somnium, cum adoratione præclarissimum luminarium, solis, lunæ, & stellarum? Joseph inaugurabatur princeps futurus, inde ad celsitudinem ejus imperii indicandam, illustissima lumina adorationem deferant, ut ex adorantium, ac subditorum lumine, ac splendore, clarissime ostendatur, quam splendidus, ac illustris Joseph erat, cùm talium esset princeps; splendor enim, & pulchritudo subditorum, splendor, & pulchritudo principis est.

Mitiscè anima sancta suum dilectum extollit. *Crura illius columna marmorea, qua fundata sunt super bases aureas.* Cant. 5. n. 15. Ut cum videris pedes aureos, si oculos ad caput levas, similiter & videbis. *Caput ejus aurum optimum, n. 11. de splendore enim membrorum, & subditorum, splendor capitis, ac principis relucet.* Maximeque sibi correspondens. Cùm princeps est aureus, sic & subditi aurei sunt. Et si illi aurei, principem habent auream. D. August. elegant. ait. *Quid enim membra ejus ipse.* Vide c. 3 q. 7. n. 5. 1. 2. & 5. 3. & cap. 9. q. 22. n. 216. 217. & 218.

1. *Reddita sunt urbes, quas tulerant Philistinii ab Israël.* Et quomodo tam gloriosa victoria adeptæ est, urbesque restituta sunt Israël i ait text. citat. c. 7. n. 9. *Tulit autem Samuël Agnum & oblitit illum holocaustum* Apocalypium. Tom. 1.

*integrum Domino, si figura Eucharistici Agni dedit tam magnam, ac talem victoriam; Quomodo præsentia realis, ac vera tam magni sacramenti eam non dabit? Vid. c. 2. q. 49. n. 375. & q. 23. n. 174. & q. 5. n. 388. Et etiam. Vid. tom. 3. in Evang. Verb. Eucharistia in Iod. ce.*

12. *Reddita sunt urbes.* De Philistinæ Israëlita gloriosam victoriam adepti sunt, quia eam non sibi, sed Deo acceptam retulerunt, in monumentum victoriæ tamen lapidem erexerunt, cum inscripto elogio testificante. *Huc usque auxiliatus est nobis Dominus, i Reg. 7. n. 12.* Ac si tota illa victoria ex divino auxilio emanasset, quod utpote maxime grati ingenuè fatebantur. Sic magni bellatores feliciter, ac foreiter gesta in Dei patrocinium referunt.

13. Abrahamo de bello cùm victoria redeunt processit obvius Melchisedech. *Et benedixit ei.* Sed quas benedictiones impartivit, quaque gratulationes decantavit. *Benedictus, ait, Abraham Deo excelso, qui creavit cælum, & terram, & benedictus Deus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt.* Gen. 14. n. 19. Ecce sic laudat victorem Abrahamum, ut potius in Deum victoriæ auctorem omnem laudem refundat, apertè enim decantat. *Quo protegente hostes in manibus tuis sunt.* Cognoscens totum ex Dei protectione manare ut observat D. Chryf. hom. 3. in Gen. *Vide oro, ait, quomodo non solum justum prædicat, sed & Dei præsidium cognoscit. Neque enim absque illius gratia potuisset tanta potentia munitos vincere.*

16. Et hæc in tali re fuit mens Abrahæ, nam cum à Rege Sodomorum, ei oblata fuissent omnia præter animas, per sancta juravit ibid. n. 12. Nihil se de hostili præda accepturum, ne victoriam sibi tribuere videretur, quam Deo tribuendam non dubitabat. *Ego enim inquit Abrahamus apud eundem Chryf. Nihil ad bellum astuli præter voluntatem, & promptitudinem, victoriam autem, & triumphum operatus est Deus ineffabili virtute.* Ac si diceret. Non mihi debentur hæc munera, qui nihil egi, sed deo, qui totam victoriam reportavit. Vid. cap. 4. q. 41. n. 363. & concionem sequentem.

## CONCIO XVI.

*Pro insigni aliqua victoria.*

### THEMA.

**I**n hymnis & confessionibus benedicebant Domino, qui magna fecit in Israël, & victoriam dedit illis. 2. Machab. 10. n. 38.

1. Postquam cum multis victoriis Judas Machabæus contrivisset Timotheum ducem Regis Antiochi, qui convocato exercitu peregrinæ multitudinis, cum magno equitatu venit in Judæam tanquam armis eam capturus, Tunc Judas Machabæus post longam orationem exiit in occursum cum suis. Illi quidem victoriæ, ac prosperitatis sponsores cum Virtute dominum habentes. Illi autem spem belli in armis, ac viribus suis reponentes. Inde Machabæus cum suis gloriosus fit victor, interfectis hostibus viginti millia, & quingentis, multisque equitibus. Ibid. n. 31. Et perempto eorum dace Timotheo. Tunc Machabæus, ejusque milites. *In hymnis, & confessionibus* ii 2. benedi